Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



habitant in urbibus suis. inter gentem et gentem. in uicinis quoque eius. ecce lex. de mandato. de ceremoniis. et de iustificationibus obseruare eis. ut non peccetis in dominum. et ne uenatis terram suam nos. et suam fides nostros. sic enim agetis. et non peccabitis. Amasias autem sacerdos. et pontifex uiri. in locis quae ad templum pertinent. predicebat. Porro Zabadias filius israhel. qui est dux in domo iuda. suam ea opera erant. quae ad regis officium pertinet. Heliseq; magnos lentias coram nobis. et fortaminum. et agite diligenter. et erit dominus nobiscum in bonis.

XXI.

Post hec igitur factum est. filii moab. et filii ammon. et cum eis de ammonitis ad iosaphat. ut pugnarent contra eum. uenerunt; nuntiatum. et indicauerunt iosaphat dicentes. Ecce tecum multitudo magna de hinc loci quae transmarina est. et de syria. et ecce existunt in asasonthamar. quae est engaddi. Iosaphat autem timore perterritus. totum se contulit ad rogandum dominum. et predicauit ieiunium universo iuda. Congregatusque est iudas adhesperandum dominum. et omnes de urbibus suis uenerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetisset iosaphat in medio templi iuda. et hierusalem. in templo domini ante atrium nouum. ait. Domine deus patrum nostrorum. tu es deus in celo. et dominaris omnibus regnis gentium. In manu tua est fortitudo. et potentia. nec quisquam tibi potest resistere. Nonne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terre huius coram populo tuo israel. et dedisti eam semini abraham amici tui in sempiternum. Habitauerunt in ea. et edificauerunt in ea sanctum nomini tuo dicentes. Si uenerit super nos mala. gladius iudicii. pestilencia. et fames. stabimus coram domo hac in conspectu tuo. in qua inuocatum est nomen tuum. et clamabimus ad te in tribulationibus nostris. et exaudies nos. et saluos facies. Nunc igitur ecce filii ammon. et moab. et montis seyr. per quos non concessisti filiis israel. ut transirent. cum egrederentur de egipto. sed declinauerunt a eis. et non interfecerunt illos. Ecce ipsi retribuunt nobis. ut eicere nos de possessione tua. quam dedisti nobis deus noster. Ergo non iudicabis eos. Iam nobis est non est tanta fortitudo. ut possimus tantae multitudini resistere. quae irruit super nos. Et cum ignoremus quid agere debeamus. hoc solum habemus residui. ut oculos nostros dirigamus ad te. Omnis iuda stabat coram domino. cum paruulis. et uxoribus. et filiis suis. Erat autem iahaziel filius zacharie. filii anamie. filii iaziel. filii marhame. leuites de filiis asaph. super quem factus est spiritus domini in medio turbe. et ait. Attendite omnes iuda. et qui habitatis in iudea. et tu rex iosaphat. Hec dicit dominus uobis. Nolite timere. nec pauescatis hanc multitudinem. non enim uestra est pugna. sed dei. Cras ascendetis contra eos. ascensuri enim sunt per clinum. hodie eris. et inuenietis illos in summitate torrentis. qui est contra solitudinem ieriel. Non enim estis uos qui dimicabitis. sed uestri. Sedentes state. et uidebitis auxilium domini super uos. O iuda. et hierusalem nolite timere. nec pauescatis. Cras egrediemini contra eos. et dominus erit uobiscum. Iosaphat ergo. et iuda. et omnes habitatores hierusalem. ceciderunt. prone in terra coram domino. et adorauerunt eum. Porro leuite de filiis caath. et de filiis chore. laudabant dominum deum israel. uoce magna in excelso. Cumque mane surrexissent. egressi sunt per desertum thecue. Profectisque eis. stans iosaphat in medio eorum. ait.